

Sermo

lv

sumere hecille.

**Efficacissimum argumentum
dominici sacramenti.**

Omni. bus supradictis in presen-
ti sermone clarescere potest fidelis
simū et efficacissimum argumen-
tum q̄ sc̄ hoc venerabile sacramen-
tus sit sanctissimū corpus christi atq̄ verissi-
mum. Nam impossibile est q̄ ex summe fal-
so et ex summe impossibili virtualiter simul
experientialiter trahi possit profundissima
fundano et sanctissimi celebratio diuini cultus
et summa excitatio fidei. ac summa captiua-
tio ac subdiuatio intellectus nostri ad super-
nale lumen inaccessibile ipsius dei. nec nō et
summa excitatio et inflammatio dulcoratio:
refectio atq̄ diuini amoris inebriatio. sed ab
initio christi vsq̄ ad tempora nostra ineffabi-
li atq̄ vniuersali experimento probatum est
ac continuo experimento probatur ex h̄ sa-
cramentali opere predicta subsequi et eliciri
ecclesia dei: ergo impossibile est quin in ipso
sit summa virtuosissima atq̄ diuinissima vir-
tus et veritas imensa. hoc quidem sic argu-
mento argumentorum certissimum sensuum
luminum et gustuum huius ineffabilis ma-
testatis virtutis et veritatis. que certo exper-
imento continet in seipsa. p̄pter quod mens
ipsa possidens seu portans ab ipsa possessa nō
potest de hac veritate aliquo modo dubitare
hesitare. Elidit igit̄ et audisti quomodo hoc
sanctissimū sacramentus corporis christi est
reformatiuum memorie nostre. quia est me-
moriale et etiam testamentus amoris. Est eti-
am reformatiuum intelligentie. quia est ad-
mirabile in velamentis sup̄ozis. Est et refor-
matiuum voluntatis. quia est delectabile in
silitentū dulcoris. Quam reformationes p̄
hoc sacrosanctissimū sacramentum pficiat in
nobis miserabilibus peccatoribus ipse amo-
rosus ih̄esus qui panis est vite reformatoz
anime et largitor glorie sempiternae. Qui cum
patre et sancto spiritu non accidentibus ob-
uelatus pariterq̄ vel obumbratus sed i om-
nibus supergloriosus facie ad faciem reue-
latus viuit et regnat gloriosus triumphator
p̄r cuncta seculozum secula. Amen.

**In cena domini infra dies de
triplici varia sumptione quaz
mali q̄ boni assumunt corpus**

christi. Sermo. lv.

Isi manduca

u ueritis carnem filij hominis et
biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in uobis. Jo.
vi. Juxta veridicam doctorum sanctorū sen-
tentiam duo sunt in sacratissimo sacramen-
to altaris sc̄ sacramentum. et virtus sacra-
menti. Sacramentum x̄o fm̄ Augustinum
consistit in uerbis et speciebus uisibilibus pa-
nis sc̄ et uini. et in uisibili carne et sanguine
Jesu christi. Virtus autem sacramenti est sa-
natio a damnatione eternae mortis. Hanc q̄-
dem uirtutem sacramenti crediderūt et quo-
dammodo gustauerunt. atq̄ experti sunt om-
nes saluati et iusti ab origine mundi. atq̄ h̄i
die gustant. quicumq̄ ueri christiani sūt. Sa-
cramentum x̄o a uariis. i. uisibilem specie pa-
nis et uini cum carne et sanguine christi solum
christiani manducant: et hoc tam boni q̄ ma-
li licet dissimili modo et fructu. Nam mali mā-
ducant sacramentum. i. corpus christi sub ui-
sibili specie panis. sed non manducant sacra-
menti uirtutē. sp̄hale sc̄ ipam aie sue salutem
et vitam que sine fine est. Boni autem mādu-
cant utrunq̄ simul: sc̄ sacramentum et uirtu-
tem sacramenti. Et his clarescere potest fm̄
Alexandrum de hals in quarto. q̄ triplex ē
modus sumendi hoc sanctissimum sacramen-
tum. Primo modo tantum sacramentaliter
secundo tantum spiritualiter. tercio utroq̄
modo sc̄ sacramentaliter et etiam spirituali-
ter. Primo modo manducant omnes prauī
christiani. secundo modo saluandi. tercio so-
li ueri christiani. Primi manducant et nō mā-
ducant. secundi x̄o non manducant et tamē
manducant. tercij x̄o manducant et mandu-
cantur a christo. Cum illo concordat Scotus
in quarto dist. viij. in fine. et dist. xvi. Sed
tamen principaliter de tercij loquitur chri-
stus in uerbo p̄allegato dicens. Isi man-
ducaueritis carnē filij hoīs v̄s:

**Articulus primus de triplici
genere hominum male sumenti-
um corpus christi.**

Primus autem modus manduca-
di hoc sacramentū. est illud fume-
re sacramentaliter tantū. fm̄ quē
modum manducant mali xp̄iani.
eo q̄ h̄ sacramentum i moza-
rali culpa ore polluto fumentes cordis affe-
4